UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

131. Christus diem in Templo, noctem in monte Oliuarum tra[n]sigit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 131. *Chriſtus diem in templo, noctem tranſigit in monte Oliuarum. Luc. 21. *128.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

ERat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Olíueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. *132.

S. Iohannes.

CAP. 132. *Iudas de prodendo Chriſto cum principibus ſacerdotum paciſcitur, omnem iam captantibus eius comprehendendi atque è medio tollendi occaſionem. Matth. 26. *130. Mar 14. *127. Luc. 22. *131.*

S. Matthæus.

ET factũ eſt: cũ cõſũmaſſet Ieſus ſermones hos oẽs, dixit diſcipulis ſuis, Scitis q̃a poſt biduũ Paſcha fiet, & filius hoĩs tradetur vt crucifigatur. Tunc cõgregati ſunt principes ſacerdotũ & ſeniores populi in atriũ principis ſacerdotũ, q̃ dicebatur Caiphas: & cõſiliũ fecerũt vt Ieſũ dolo tenerẽt, & occiderẽt. Dicebãt aũt, Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. *112. Tũc abijt vnꝰ de duodecim, q̃ dicebatur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotum: & ait illis, Quid vultis mihi dare & ego vobis eũ tradã? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quęrebat opportunitatẽ vt eũ traderet. *133.

S. Marcus.

ERat autẽ Paſcha & Azyma poſt biduũ: & quęrebãt ſummi ſacerdotes & Scribę quomodo eũ dolo tenerẽt & occiderent. Dicebãt enim, Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret populi.

*113. Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eũ illis. Qui audiẽtes gauiſi ſunt: & promiſerũt ei pecuniã ſe daturos. Et quærebat quomodo illũ opportunè traderet. *133.

S. Lucas.

APpropinquabat autẽ dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha: & quęrebãt principes ſacerdotũ & Scribæ, quomodo eum interficerent: timebant verò plebem. Intrauit autem ſatanas in Iudam qui cognominabatur Iſcariotes, vnũ de duodecim. & abijt, & locutus eſt cũ principibus ſacerdotũ & magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et quærebat opportunitatẽ vt traderet illũ ſine turbis.* 135.

S. Iohannes.